



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 86. Synodi Diœcesanæ Monasteriensis decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

subscriptionem pro summo imperio im- Sæc. XVIII.  
posuere: Verum hi die trigesima Ja- A. C. 1722.  
nuarii Angliæ & Borussiæ Regum  
opem implorabant, ad quorum etiam  
præces Borussus die sexta Aprilis re-  
scripsit, quamplurimis hanc subscriptio-  
nem esse exosam, proin eos ab hoc  
onere esse liberandos: nihilominus ob-  
stinati die decima septima Junii nomine  
omnium Pagorum responderunt, se nul-  
lius conscientiæ vim intulisse, eoquod  
hanc formulam non tanquam fidei arti-  
culum, sed ut uniformis doctrinæ Re-  
gulam obtrusissent, si tamen haec sub-  
scriptio unioni obstaret, quamprimum  
jactata concordia plene confecta esset,  
hanc quoque formulam abrogare parati  
forent. Postea calamis utrinque acri-  
ter certatum, & Hamburgenses, Ro-  
stockieuses aliique Prædicantes hanc  
formulam utpote *dissensionum* somitem  
fæde prosciderunt, Regnumque in se  
divisum, desolatumque reliquerunt.

§. LXXXVI.

*Synodi Diæcesanæ Monasteriensis  
Decreta.*

Hoc anno die decima septima Martii *Collect. Con-*  
*Clemens Augustus Bavariæ Dux, cil. Germ.*  
& *Monasteriensis necnon Paderbornensis t. 10. p. 426.*  
Episcopus Monasterii Diæcesanam ce-  
*Hist. Eccles. Tom. LXXI. Ee lebra.*

**Sæc. XVIII.** lebravit Synodus, in qua deplorab.  
A. C. 1722. quod in variis hujus Diæcessis Parochia  
 utriusque sexus homines dentur no-  
 lius frugi, mendaces & impostores, qui  
 pro captando lucro, & decipienda ru-  
 plebecula varia fingunt somnia, spir-  
 tuum apparitiones comminiscuntur  
 morborum caussas, adversaque fa-  
 hujusmodi spiritibus apparentibus te-  
 mere tribuunt &c. media quoque pre-  
 sribunt, adhibentque superstitione bene-  
 dictiones, verba Sacra &c. quibus ef-  
 fectum infallibilem adscribunt. Eapro-  
 pter Synodus severissime præcepit, q[uo]d  
 ejusmodi homines ad Superiores a Pa-  
 rochis, aliisque Curatis deferantur  
 & quia hujusmodi pythonissæ & Ariol-  
 convinci difficulter possunt, nisi te-  
 monio complicum, hinc eis impuni-  
 tem pollicebatur Synodus, aliis ven-  
 qui cum ejusmodi ariolis communicatis  
 aliunde constabit, gravissimam poenam  
 irrogandam esse decrevit, hocque sum  
 decretum in vernaculam linquam trans-  
 latum in omnibus Parochiis promulga-  
 præcepit.

Insuper Fisco Ecclesiastico injunxit  
 ut agat contra Parochos sæculares, quod  
 Regulares constanti servitio in cura am-  
 marum cooperantes retinuerunt, et  
 sæculares pro cura legitime approbatu-  
 assumere neglexerunt.

§. LXXXVII